PER LA SOLENNE PREMIAZIONE

ESEGUITA NELL' AULA CAPITOLINA

IL 13 SETTEMBRE 1857

DALL' INSIGNE ARTISTICA CONGREGAZIONE

DE' VIRTUOSI AL PANTEON

ROMA
TIPOGRAFIA DELLE BELLE ARTI
1858

GENTILISSIMO SIG. CAVALIERE DE ANGELIS

Or volge un anno, che l'insigne ed artistica Congregazione de' Virtuosi al Pantheon eseguiva nella gran Sala de' Conservatori in Campidoglio la solenne premiazione di belle Arti pel triennale concorso aperto agli Artisti di tutte le nazioni. Ei fu grato divisamento dell'Accademia stessa, che quell'artistica solennità si rimettesse alla sera dei 13 di Settembre per festeggiare ad un tempo il fausto ritorno da Bologna a Roma dell' adorato Padre e Sovrano il Sommo Pontefice Pio IX, dalla cui munificenza le Arti Belle non solamente si ebber sempre favore e incoraggiamento, ma in quella occasione vedevano altresì di molto accresciuti i premii destinati ai loro più felici cultori. Il Carme latino che invio a V. S. Chm̃a fu recitato in quell' artistica radunanza dall'egregio Monsignor Castellani Brancaleoni Sostituto della Segreteria de' Brevi, Scrittore latino di quella valentia che tutti sanno. In quanti l'udirono nacque vivo desiderio di vederlo pubblicato colla stampa,

e di questo dava speranza l'antico costume di quell'Accademia, la quale fu sempre usa di pubblicare con gli atti della premiazione, tutte le poetiche composizioni degli Arcadi, ch'ella suole particolarmente invitarvi a dir le glorie delle Arti Cristiane e la lode degli ingegni che vi si dedicano. Ma poichè in quest'anno ciò non ebbe effetto, io prego la somma gentilezza di V. S. a inserire questo Carme nel suo Album, il quale se ha il merito di porre in luce quanto di bello e nelle arti e nelle lettere si va in Roma producendo, ora avrà ancor l'altro di compiere un comun voto e rinnovar la memoria di un artistico e romano festeggiamento. Intanto con sensi di profonda stima mi pregio di potermi dire

Di Lei Gentmo Sig. Cavaliere

Di Casa ai 29 di Agosto 1858

Obbmo ed Affmo Servitore ed Amico

Giambattista Toti

CARMEN

O quae septenas complectens moenibus arces
Sanguine sparsa Remi primaeva ab origine, cunctis
Imperium nata es late protendere terris;
Non tibi vicino tantum de limite gentes
Samnites, Marsique feri, Volscique rebelles
Cesserunt, victique tuas tremuere secures;
Aemula nec solum multos luctata per annos
Carthago, illa diu Lybicis immobilis oris
Scipiadum robur, saevumque experta furorem
Strata solo jacuit, vastaque sepulta ruina est:
Ipsa sed Argivum cessit tibi denique tellus
Artificumque, ducumque parens, quae funera Persis
Intulerat, faedans Marathonia caedibus arva,
Corruit in cineres flammis absumpta Corinthus
Et procul jonios pinxere incendia fluctus.
Mummius inde, aliique duces tarpeja saxa
Scandebant meritae praecincti frondis honore;
Postque graves diti spoliorum pondere currus
Vectabant pictas tabulas, et ahenea signa,
Heroumque, ducumque imitantia marmora vultus

Quos vel Praxiteles finxit, vel dextra Lysippi;
Artibus et pulchris facta es Roma hospita sedes.
Quid referam monumenta diu tellure reposta,
Quae templa et celebres ornabant Caesaris aulas,
Ac tandem effossis micuerunt aurea glebis?
Laocoonta feri laniatum morsibus anguis
Se frustra, et pueros ingentibus extricantem
Nexibus, et misero tangentem pectora sensu?
Teque adeo immissa gaudentem, Phoebe, sagitta
Nescio quid torvum cum majestate tuentem
Seu Pithona solo, Titanum aut fuderis agmen?
Pallada quid memorem torquentem Gorgonis ora
Antinoum et primae vernantem flore juventae?
Adde tot insignes positos victoribus arcus
Et passim sculptas sublimi mole columnas
Romulidum seclis memorantes gesta futuris.
Adde etiam Flavii mirandum opus amphitheatri
Barbaricasque manus, spernensque minaciter aevum.
Ast tibi si humano rorantem sanguine laurum
Detraxit, sertoque comas praecinxit olivae
Relligio, nova sceptra manu tibi, Roma, ministrans
Non inde artis honor vetus excidit; utique fulget
Splendidior multo; namque ad sublimia mentem
Relligio rapit, atque novas dat fingere formas
Quas nunquam ingenio valeant reperire profani.

Divinam Christi faciem, frontemque serenam
Sanctius ecce refert, quum per juga florea summi
Thaboris ore novo patuit Deus : adspice crines
Ut pulcre involitent auris motantibus, utque

Humanum haud rutilent oculi, quae gratia fronti
Aetheriae, circum quae lux nova fulguret artus!
Terni adstant comites vultus jubar admirantes
Neve queunt missas oculis perferre favillas.
Arte laboratus Phidiae, dextraque magistra
Talis Olympiaca nec fulsit Iuppiter aede.
Fallor? an hic Michael secli decus, alter Apelles
Iudicium et miserae pingit spectacla diei
Qua ruat extremis moles haec terrea flammis?
Horrescit tenebris aether, clangore tubarum
Exiliunt tumulis manes, seu marmoris alveo;
Nube sedens judex irato fulminat ore,
Stat propior lateri nihil audens hiscere mater.
Hinc sontes videas glomeratos agmine in ima
Tartara corruere, et caecas explere cavernas
Horror ubi, et piceus cum sulphure volvitur ignis.
Praepetibus sed enim pennis jam turba piorum
Ad superas oras, promissaque gaudia tendit.
Anne hic praeteream redivivum marmore Mosen
Exquilii stantem Templi sub fornice, pendet
Canities cui multa genis, cui tempora binas
Laeta vomunt flammas? viden agmen ut ille rebelle
Fulminet obtutu, ut contra tonet ore minaci.

Talia non Latii, neque Achivum protulit aetas
Unaque Relligio formas dedit, una colores.
Hinc te longinquae celebratam ut Cecropis urbem
Roma petunt gentes; namque hic fausto omine crescunt
Florentes sceptris sub pontificalibus artes.
Nec tibi Roma tuus votis repetendus Iulus

Qui Vaticani posuit fundamina templi
Mitis pace, alacer si jura reposceret armis,
Non Leo, qui Periclis memorabile rettulit aevum
Xistus et ille animo praestans, et fortibus ausis
Inclytus aggesta qui sub tellure latentes
Aegypti erexit moles veteresque columnas
Grandia facta Pius factis nam grandibus aequat;
Insignes tabulas italae miracula dextrae
Condidit ipse novis, lateque micantibus aulis,
Illius auspicio tyrreni ad littoris undam
Iam defossa suos praefert vetus Ostia muros
Arasque et lapides, simulacraque plura recludit.
Palladiis adeo studiis quae riserit aetas
Principe sub tanto felix dum Roma quiescet!
Qui lucem optati nobis modo reddidit oris
Et Petri sacras remeavit victor ad arces,
Nam sibi subjectas, dum tuscas viseret urbes
Providus effundens superi bona munera regni,
Illa Erebi lacubus, stygiisque erupta latebris,
Torva tuens oculis vanum frendebat erynnis.

Dall' Album
Anno XXV, Distribuzione 30.